



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem**

**Bouchy, Philippe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. XII. Post expirationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

Paradisi gloria.

Angele Sancte Dei, sit tibi cura mei.  
O Iesu, Iesu, Iesu, esto mihi Iesu &  
salva me.

O bone Jēsu, suscipe Spiritum meū.  
In manus tuas Domine commendo  
Spiritum meū, redemisti me  
Domine Deus veritatis.

Ex his Oratiunculis, Amicus fide-  
lis feligat, quæ sibi magis aride-  
bunt, alias ipse, suggestore Spiritu  
Sancto, componat, proferatque ad  
majorem Dei gloriam, Proximique  
moribundi salutem.

### §. XII.

*Post expirationem.*

Subvenite Sancti Dei, occurrit  
Angeli Domini, suscipientes ani-  
mam ejus, offerentes eam in conspe-  
ctu Altissimi.

Verf. Suscipiat te Christus qui vo-  
cavit te, & in sinum Abrahæ Angeli  
deducant te.

Ref.

*Resp.* Suscipientes animam ejus,  
Offerentes eam in conspectu altissimi.

*Vers.* Requiem æternam dona ei  
Domine, & lux perpetua luceat ei.

*Resp.* Offerentes eam in conspectu  
Altissimi.

Kyrie eleyon.

Christe eleyon.

Kyrie eleyon.

Pater noster.

Et ne nos inducas in temptationem.

Sed libera nos à malo.

*Vers.* Requiem æternam dona ei  
Domine.

*Resp.* Et lux perpetua luceat ei.

*Vers.* A porta inferi.

*Resp.* Erue Domine animam ejus.

*Vers.* Requiescat in pace.

*Resp.* Amen.

*Vers.* Domine exaudi orationem  
meam.

*Resp.* Et clamor meus ad te veniar.

*Vers.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.



ORE-

## OREMUS.

**T**Ibi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus sacerdote tibi vivat, & quæ per fragilitatem humanæ conversationis peccata commisit, tu veniam misericordissimæ pietatis absterge. Per Christum Dominum nostrum.

**N**on intras in judicium cum servore tuo Domine, quia nullus a pudore justificabitur homo, nisi per te omnium peccatorum ei tribuat remissio. Non ergo eum, quæsumus tua judicialis sententia premit, quem tibi vera supplicatio fidelis Christianæ commendat: sed gratia tuâ illi succurrente, mereatur evadere judicium ultionis: qui duce viveret, insignitus est signaculo amabilissimæ Trinitatis. Qui vivis & regnas in saecula saeculorum.

**D**eus cui proprium est misericordia semper & parcere, te supplice exo

exoramus pro anima famuli tui N.  
quam hodie de hoc sæculo migrare  
jussisti; ut non tradas eam in manus  
inimici, neque obliviscaris in finem:  
sed jubeas eam à sanctis Angelis su-  
scipi, & ad patriam Paradisi perdu-  
ci, ut quia in te speravit, & credidit,  
non pœnas inferni sustineat, sed  
gaudia sempiterna possideat. Per  
Christum Dominum nostrum, &c.

S. XIII.

*Litania omnium Sanctorum.*

Kyrie eleysion.  
Christe eleysion.  
Kyrie eleysion.  
Christe audi nos.  
Christe exaudi nos.  
Pater de cælis Deus, Miserere ei.  
Fili Redemptor mundi Deus, Mise-  
rere ei.  
Spiritus Sancte Deus, Miserere ei.  
Santa Trinitas unus Deus, Mise-  
rere ei.

Q 2

Omnes